



Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Svpplementvm Tertiæ Partis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrum matrimonium conuenienter definiatur? 3

urn:nbn:de:hbz:466:1-38817

pater d.
nari à pa-
ari ab eo
significat
etia. Sed
Ergo nra
prior nomi-
coniunio
potest pro-
loquentis
n matrimonio
ipius, qui
atur come-
sponsatio
quia in p-
coniunio per
efferunt
v. Augusti
ier non de-
oget eum
officium
ucanda pro-
quasi me-
datur & na-
nonii qui
adherent
nius, qui
erialiter in-
onos & me-
dicit, à me-
tetur aliqua
amuis pen-
clem moris
adum, quid
mulier

maier ad hoc principaliter facta est, ut sit homini
in adiutoriorum prolixi: non autem vir propter hoc fa-
ctus est. Vnde magis pertinet ad rationem matrimo-
niij mater, quam pater.

Ad secundum dicendum, quod aliquando essentia-
lia cognoscuntur per accidentalia; & ideo etiam per
accidentalia aliqua nominari possunt, cum nomen
debet causa rei innoteſcenda.

Ad tertium dicendum, quod aliquando species no-
minatur ab eo quod est generis, propter imperfe-
ctionem speciei, quando scilicet complete habet ge-
neris rationem, nec tamen aliquid addit quod ad di-
gitasem pertineat; sicut proprium accidentale reti-
ter nomine proprij communis. Aliquando autem, pro-
pter perfectionem, quando in una specie complete
menitur ratio generis, & non in alia: sicut animal
nominatur ab anima, quæ competit animato cor-
pori, quod est genus animalis: sed animatio non in-
venitur perfecte in animatis, quæ non sunt animalia.
Inabiliter est in proposito: quia coniunctio viri ad
militrem per matrimonium est maxima: cum sit & an-
nuntiatur & corporum; & ideo coniugium nominatur. i

ARTIC. III.

*Virum matrimonium conuenienter definia-
tur in litera*

183.

A D tertium sic proceditur. Videtur, quod incon-
venienter definiriatur in litera*. Quia in ma-
trrimonio oportet, quod matrimonium po-
natur; quia maritus est, qui est mulieri iunctus matri-
monio. Sed maritalis coniunctio ponitur in definitio-
ne matrimonij. Ergo videtur, quod sic circulatio in
definitionibus istis.

In 4. d.
27. §. B.
Gra-
tianus
in Decre
tis cari-
fa 27. q.
2. in Iri
cip.

* 1 Praterea, Per matrimonium sicut vir effi-
cuit maritus mulieris, ita & mulier vxor viri. Er-
go non magis deberet dici coniunctio maritalis,
quam vxoria.
* 2 Praterea, Consuetudo ad genus moris per-
petrat, sed frequenter matrimonio iuncti, sunt valde
moribus

380 QV AE S T. XLIV. ART. III.
moribus diuersi. Ergo non debet poni in definitione
matrimonij, indiuiduam vitæ consuetudinem rei-
nens.

¶ 4 Præterea, Inueniuntur aliæ definitiones de
matrimonio datae. Quia secundum Hug. + Matrimo-
nium est duarum idonearum personarum legitimus
de coniunctione consensus: secundum quosdam au-
tem, matrimonium est consortium communis viæ
& communicatio diuini & humani iuris. Et quadri-
tetur qualiter ha definitiones differant.

R E S P O N D E O dicendum, quod sicut supra
dictum est *, in matrimonio tria considerantur,
scilicet causa ipsius, & essentia eius, & effectus: & se-
cundum hoc tres definitiones inueniuntur de mari-
monio datae. Nam definitio Hug. + tangit causam,

+ li. 2 de Saeramē tis p. 11. scilicet consensem; & est per se nota. Definizio-
tem in litera * posita, tangit essentiam matrimonii
scilicet coniunctionem; & addit determinatum sube-
ctum, in hoc quod dicit, inter legitimas personas. Pe-

* in 4.d. nit etiam differentiam contrahentem ad speciem,
27. §. B. in hoc quod dicit, maritalis: quia cum matrimonii

coniunctio in ordine ad aliquid unum, talis coniunctio in speciem trahitur per illud, ad quod ordi-
natitur; & hoc est id quod ad maritum pertinet. Post
etiam virtutem huius coniunctionis, quia indiscel-
ibilis est, in hoc quod dicit, indiuiduam, &c. Sed
alii definitio * tangit effectum, ad quem ordinatur
matrimonium, scilicet, vitam communem in rebus
domesticis. Et quia omnis communicatio aliqua le-
ge ordinatur, ideo ponitur ordinatum: istius com-
municationis, scilicet ius diuinum & humanum: illa
autem communicationes, ut negotiantum & militum
sunt, solo iure humano institutæ sunt.

Ad primum ergo dicendum, quod aliquando pri-
ra, ex quibus deber dari defuitio, non sunt nota que
ad nos: & ideo in definitione aliquorum ponuntur
aliqua posteriora simplieriter, quæ sunt priora quo
ad nos: sicut in definitione qualitatis ponitur qual-

a Phil.

Si. 2. de
Sacramē
tis parte
II. ca. 4.

Ar. pra-
cor.

Posita in
6. arg.

Philosopho † , cum dicit , Qualitas est secundum quam quales esse dicimur. Et ita etiam hic in definitio matrimonij, ponitur coniunctio maritalis, ut sit dicamen sensus quod matrimonium est coniunctio ad ea quæ mariti officium requirit : quæ non poterant uno nomine exprimi.

Ad secundum dicendum , quod per hanc differentiationem tangitur finis coniunctionis, ut dictum * est. Et quia ut dicit Apostolus † , Vir non est propter mulierem, sed mulier propter virum: ideo hæc differentia potius debet sumi à viro quam à muliere.

Ad tertium dicendum , quod sicut vita ciuilis non importat actum singularem huius vel illius, sed ea quæ ad communicationem ciuilem pertinent: ita vita coniugalis nihil aliud est, quam conuersatio ad communicationem talem pertinens. Et ideo quantum ad hanc vitam , semper in coniugibus consuetudo est individua , quamvis sit diuisa quantum ad duas singulares virtusque .

Hd quartum patet solutio ex dictis . *

In corp.
art.

Q V E S T. XLV.

De consensu matrimonij secundum se, in quinque articulus diversa .

Onsequenter considerandum est de consensu . Vbi primo agendum est de ipso consensu, secundum se considerato . Secundo, de consensu, iuramento vel carnali copula firmato. Tertio, de consenso & conditionato . Quarto, de obiecto consensu .

Circa primum queruntur quinque.

Primo , vrum consensus sit causa efficiens matrimonij ?

Secundo , vrum oporteat consensum per verba exprimi ?

Tertio, vrum consensus expressus per verba de futuro faciat matrimonium ?

Quarto , vrum consensus per verba de praesenti expressus, si deficit interior consensus , extenuatur qualiter ?

*Art. pre-
ced. cor.
† 1. ad
Cor. II.*